









XXVII.  
Institutionum Juridicarum  
DISPUTATIO XIX.  
*De*  
EXCEPTIONIBVS  
ET REPLICATIONIBVS.

*Quam*  
Divinâ annuente Gratiâ  
SUB PRÆSIDIO  
*Clariss. & Consultissimi Viri,*  
DN. CHRISTIANI Kremberg/  
J. U. D.  
*Liberalis exercitij gratiâ discutiendam proponit*

ANDREAS Knorr  
Halensis Saxo.

*Ad diem 10. Iunij.*



WITEBERGAE,  
Ex Typographéo AUGUSTI BORECK,  
M DC XX.





*Viro Magnifico, Amplissimo & Consul-*  
*tissimo,*

**Dn. JOANNI SCHEFFERO,**  
J. U. D. Clarissimo, Reverendissimi ac  
Illustris. Administratoris Archiepiscopatus Magde-  
burgensis, Domini mei Clementissimi à Consilijs di-  
gnissimo, Patrono suo omni observantiæ  
cultu prosequendo:

Ut &


*Viro Clarissimo & Consultissimo,*  
**Dn. GEORGIO Hagenn/**  
J. U. D. Practico eximio, Patrono &  
Affini suo plurimum  
honorando

Hanc disputationem in studiorum suorum testi-  
monium, & debitæ observantiæ symbolum

offerre  
consecrare  
voluit  
debut

*Respondens Andreas Knorr*  
*Halensis Saxo.*





## DISPUTATIO XIX.

De

# EXCEPTIONI- BUS ET REPLICA- TIONIBUS.

Thesis I.

Actionis nomine generali etiam comprehenditur  
Exceptio.

I. **E**xceptio commune verbum est, Actoris & rei: & reus instru-  
ctus venire debet ad agendum cognita actione. l. 1. D. de  
Edend. II. Reus in exceptione actor dicitur. l. 1. D. de Ex-  
cept. & actoris partes suscinere, dum probare debet Exceptio-  
nem suam. l. 19. D. de probation. III. l. 1. §. ait Prator. D.  
de dolo. Borcholdt. de Action. c. 1. n. 8. Heigius ad pr. Inst. de Except. Aru-  
meus Exercit. 19. thes. 1. Diff. Gæddens ad l. 8. §. 1. n. 2. D. de Verb. Signi-  
fic. Bronchorst. cent. 4. adfert. 26.

II.

Exceptiones sunt juris naturalis.

I. Nihil aliud sunt, quam defensiones. C. l. defensiones. de Except. pr. Inst.  
cod. Defensio autē juris naturalis clem. pastoralis. de re judic. l. 3. D. de ju-  
stit. &



stit. & Jure. II. Quia fundata sunt in quadam equitate. l. qui equitate. 12. D. de doli except. Donell. libr. 2. Comment. c. 1. ubi Hilliger. lit. e. Diff. Andr. Alciat. libr. 1. παροδοξ. c. 2. Corras. libr. 2. Miscell. c. 16. Adde omnino Colerum ad rubr. de Except. n. 7. & de process. Execut. p. 4. c. 1. n. 39. Excipe eas, quæ habent causam à Jure Civili: ut Exceptio non numerata pecunia, SC. Vellejani, &c. Arumens dicta Exercit. 19. thes. 2.

### III.

Exceptio est rei conventi defensio, qua intentio justa Actoris eliditur.

l. 2. D. de Exception. ubi denotatur effectus, quod sit exclusio Actionis. Prasupponamus ergo, eam necesse est. arg. l. decem. D. de Verb. Oblig. l. 4. D. de Iustit. & jure: ut merito hinc exulent illæ, quas Dd. Facti appellant. E. G. Exceptio solutionis, quæ ipso jure obligationem & actionem tollit. pr. Inst. Quib. mod. tollit. Oblig. l. 107. D. de solut. Donell. in l. 1. C. de Except. n. 3. Roberus disp. 22. Thes. 1.

### IV.

Quæ definitio etiam dilatorijs Exceptionibus competit.

In l. 2. D. de Except. dicitur, quod Exceptio interponi soleat actioni cujus rei ad excludendum id, quod in intensionem deductum est. Atqui illud his fit. E. Si enim intra præfixum tempus quis agat, exceptione pacti repellitur. Arumens Exercit. 19. thes. 4. Diff. post Jasonem Contard. in l. diffamari. c. 6. n. 7. C. de ingen. & manumiss. Wesembec. in Paratitl. C. de Exception. n. 2.

### V.

Dividimus Exceptiones in peremptorias & dilatorias.

§. appellantur. Inst. de Except. l. 3. D. eod. non tam ratione temporis, quàm effectus. Ratio exponitur in l. purè. §. f. D. de doli except. quod actor quidem in sua potestate habeat, quando jure suo utatur: is autem, qui cum agitur, non habeat potestatem,

quando



quando conveniatur. Donell. libr. 2. Comment. c. 2. & ad l. 5. C. de do-  
nat. Roberus d. disp. 22. thes. 2.

VI.

Dilatorjæ regulariter initio litis proponi de-  
bent.

I. l. præscriptionem. 8. cum seq. l. f. C. de Except. l. exceptio-  
nem. 19. C. de probat. l. ita demum. 13. C. de procurat. l. Pomponius.  
40. §. 3. D. eod. II. Ratio, quia respiciunt ea, quæ judicium potissi-  
mum constituunt. E. G. an justa litigantium personæ? Cujac. libr.  
18. Observat. c. 34. Donell. libr. 22. Comm. c. 9. circa fin. Gail. li-  
br. 1. Observat. c. 33. Mynsinger. cent. 4. Observat. c. 59. Arumeus  
Exercit. 19. Thes. 7. Bronchorst. cent. 4. adfert. 29.

VII.

Exceptio excussionis, quæ competit fidejussori, etiam di-  
latoria est.

Competit enim ei definitio exceptionis dilatorie, quod differat  
actionem, ad tempus noceat, & temporis dilationem tribuat. l. 2. D. de  
Except. §. appellantur. Inst. eod. E. Geil. libr. 2. Observ. c. 27. n. 2.  
Coler. de process. Execut. p. 4. c. 1. n. 96. Gomez. libr. 2. Var. Resolut. c.  
13. Fachineus libr. 8. Controvers. c. 52. Hænon. disp. 22. Thes. 13.  
Diss. Gæddæus de contrahend. stipul. c. 9. n. 103. Adde Zanger, de Ex-  
cept. p. 2. c. 15. n. 1. & seq.

IX.

Peremptoria ante sententiam definitivam ante vel in  
ipsa litis contestatione proponi  
potest.

I. l. nondum. 4. l. 8. C. de Except. l. 23. §. 2. D. de con-  
dict. indeb. l. 2. C. sent. rescind non posse. II. Ratio, quia de judicio de-  
finiendo agunt, & rem ipsam ferunt, ideo merito semper opponi possunt.  
Cujac. libr. 10. Observ. d. c. 34. Mynsinger. cent. 1. Observat. 24. & ad §.  
8. Inst. de Except. ubi Vultejus, n. 19. Geil. libr. 1. Observ. c. 74. Bronchorst.



*cent. 4. adfert. 27. Diff. Donell. libr. 22. Comment. c. 2. & ad l. praescri-  
ptionem. D. de Except. Duaren. in Comment. C. de probat.*

IX.

Non tamen post sententiam.

*d. l. 4. & l. 8. C. de Except. l. 2. C. sentent. rescind. non posse.  
Bronchorst. d. cent. 4. adfert. 28. Nisi forte ad minuendam condemna-  
tionem tendant, & sententiam directò oppugnent. l. licet. C. de procura-  
tor. ubi Sichard. Geil. libr. 2. Observ. c. 107. Wesembec. in Paratitl. C. de  
Exception.*

X.

Peremptoriae dicuntur, quod rem, de qua agitur, peri-  
mant, ut nulla, ne quidem naturalis obligatio  
remaneat.

*§. Perpetua. 9. Inst. de Exception. l. 1. §. pen. & f. l. 3. §. 1. D. de con-  
stitut. pecun. l. nihil interest. 112. l. 66. de Regul. Juris. ubi Petr. Faber. Ph.  
Matth. l. 40. juncta l. 26. in pr. D. de condict. indeb. Donell. libr. 22.  
Comment. c. 2. & ad rubr. C. de Except. n. 4. Diff. Hottoman. libr. 6. Obser-  
vat. c. 23. qui hoc tantum exceptioni rei judicatae tribuit.*

XI.

Exceptione peremptoria tutus solutum per errorem re-  
petere potest.

*d. l. si non sortem. 26. §. 3. & 7. l. 24. l. qui exceptionem. 40. D. de  
condict. indebit. l. 54. eod. ibi, vel non habuerunt effectum. Petr. Faber ad  
d. l. 66. Donell. libr. 14. Comment. c. 11. Cludius de condict. indebit. c. 8. n.  
56. Roberus disp. 23. thes. 4.*

XII.

Exceptio SC. Macedoniani hac in parte à reliquis  
distat.

*d. l. qui exceptionem. 40. D. de condict. indebit. d. l. 66. ubi Petr.  
Faber & Ph. Matth. D. de Regul. Juris. Donell. lib. 14. Comment. c. 11.  
& libr. 22. Compo. c. 2. Cludius dicto c. 8. n. 73. Abhorret enim naturali  
equitate,*



equitate, utpote in fœneratorũ odium magis. l. 1. D. ad SC. Macedon. §. il-  
lud. f. Inst. Quod cum eo, qui in alter. & c. quàm rei favorem introducã;  
ideoq; efficere non potest, ut is, qui mutuam pecuniam accepit, jure natu-  
rali liberetur. l. 19. in pr. D. de condict. indebit. l. 9. in f. cum l. seq. D.  
ad SC. Macedon.

XIII.

Sicuti & Exceptio rei judicatæ.

Eo scilicet casu, quo & naturaliter & civiliter debuit. Sententia enim  
naturalem obligationem tollere non potest. §. item si in judicio. Inst. h. t. l.  
Julianus. 60. in pr. D. de condict. indebit. ubi Gothofred. Petr. Faber. ad  
d. l. 66. Cludius de condict. indebit. d. c. 8. n. 114. Duaren. in Comment.  
eod. t. c. 5. Pacius cent. 4. Enantioph. adfert. 14. Diff. Donell. libr. 14.  
Comment. c. 12. Rober. disp. 22. thes. 4. lit. a.

XIV.

Aliud tamen receptum est in exceptione doli mali.

I. l. qui se debere. 7. in pr. ibi, quoniam putasset. D. de condict. caus.  
dat. non secut. III. Ratio, quod hæc Exceptio doli mali maximè secun-  
dum naturalem æquitatem sit, ne alicui dolus suus proffit. l. 1. D. de doli  
& met. except. l. 5. C. de inutil. stipul. & alter cum alterius jactura lo-  
cupletior fiat. l. 12. D. de dolo mal. Jason. & Dd. commun. in d. l. qui  
exceptionem. 40. D. de condict. indebit. Petr. Faber dicto loco. Cludius d.  
cap. 8. n. 91. Diff. Donell. dict. libr. 12. Comment. c. 12. Roberus dict.  
thes. 4. lit. b.

XV.

Dolus dans causam contractui bonæ fidei ipso jure nul-  
lus est.

1. Talis enim contractus fundamento caret, scilicet bona fide. E. II. l. 7.  
D. de dolo mal. l. 16. §. D. de Minor. 25. annis. l. 3. §. f. D. pro socio. l. f. D. de  
cõstitut. pecun. Donell. Duaren. & Cujacius ad l. si quis. 36. D. de Verb. Ob-  
lig. Bocerus ad l. contractus. 23. c. 2. w. 5. D. de Regul. Jur. Pinell. in l. 2. p. 1.  
c. 1. n. 32. C. de rescind. vendit. Bronhorst. cent. 1. adfert. 57. Gæddeus  
de contrab. stipul. c. 3. n. 114. Diff. Corrasius in d. l. si quis. 36. & libr.  
2. Miscell. c. 8. n. 4. Robert. libr. 3. Animadvers. c. 1. & seqq.



## XVI.

## Idem de metu dicendum arbitramur.

I. l. nihil. 116. D. de Regul. Juris. ibi, nihil consensui tam contrarium est, qui & bone fidei iudicia sustinet, quam vis & metus. Sine consensu autem eorum libero, nullus omnino contractus iniri potest. l. 1. §. pen. D. de pactis. II. l. 1. C. de rescind. vendit. ubi dicitur, quod emptio irrita sit. E. nullum. Philip. Matth. ad d. l. 116. D. de Regul. Juris. n. 1. Gæddeus dict. tract. c. 3. n. 156. & seq. Haron. diss. 22. thes. 8. Diss. Br. & Bald. in l. 21. §. f. D. Quod met. caus. Robert. libr. 3. Animadvers. c. 3. De quib. duabus questionibus plura diss. 12. thes. 18. & 19.

## XVII.

## Exceptio non numeratæ pecuniæ peremptoria &amp; perpetua est.

I. §. 2. Inst. de Except. II. Quia semel opposita totum negotium perimit, & perpetuo competit. l. 8. C. de non num. pecun. quod dilatoria non facit. §. 10. Inst. eod. Perpetua dicuntur enim ab effectu, quem producant, perpetuum, quia semper agentibus obstant. Post biennium autem quod opponi nequeat, imputet sibi, quod chirographum condicere neglexerit. pr. Inst. de liter. Oblig. quia eius culpa est. Rober. diss. 22. thes. 2. Hilliger. ad Donell. libr. 22. Comment. c. 2. in fin. lit. p. Bronchorst. cent. 2. Miscell. c. 52. Diss. Cujacius in paratitl. C. de divers. & temp. præscript. Donell. dict. loco. Mynsing. & Hottoman. ad §. 8. Inst. de Except.

## XIII.

## Huic exceptioni etiam inter Mercatores locus est.

I. Quia LL. generaliter loquuntur, nec Mercatorum causas excipiunt. E. II. Eadem equitas subest, ne quis exigat, quod quis non numeravit. III. Quia obligatio literarum ex mercatoribus originem duxit. Alciatus in l. qui pecuniam D. si certum petat. n. 8. E. & Exceptio. Stracha de Mercator. t. quomodo in caus. Merc. procedend. n. 9. Fachineus libr. 2. Controvers. c. 86. Diss. Coler. de Process. execut. p. 4. c. 1. n. 99.

Exce-



## XIX.

Exceptiones, quæ reo profunt, etiam fidejussoribus conceduntur.

I. *l. omnes. 19. D. de Except. l. defensiones. C. eod. l. 32. D. de fidejussor. II. Quia quod ab ijs petitur, ab ipso debitore peti videtur; & quia mandati iudicio est redditurus eis, quod ei pro eo solverint. §. f. Inst. de Except. ubi Heigius. Colerus. d. tr. p. 1. c. 10. n. 330. Hering. de fidejuss. c. 27. p. 4. n. 1. Bronchorst cent. 4. adfert. 56.*

## XX.

Exempli gratia, rei iudicatæ, præscriptionis & similes.

I. *l. Exceptiones. 7. §. 1. D. de Except. l. 28. §. 1. & l. f. §. f. D. de fidejussor. II. Præscriptio plenissimam securitatem parit, & solutioni similis est. l. si pupillus. 45. D. de Administr. tutor. l. 37. D. de fidejuss. Hering. dict. loc. n. 16. & 44. Bronchorst. dict. cent. 4. adfert. 57. Hænon. disp. 22. thes. 16. Vide Balbum de præscript. 2. part. princ. Quæst. 2. n. 13. & 14.*

## XXI.

Item pacti de non petendo, licet contrarium pactum à debitore fiat.

I. *l. f. D. de pactis. II. Quod fidejussor semel liberatus sine novo consensu obligari nequeat, arg. l. obligamur. D. de Oblig. & Action. id quod planè foret iniquum. arg. l. id quod nostrum. 11. De Regul. Juris. Dd. allegati ab Hering. dict. loco. n. 33. Brenchorst. d. cent. 4. adfert. 16.*

## XXII.

Reus uti potest pluribus (a) Exceptionibus, modò (b) non ex adverso contrarijs.

(a) *l. nemo prohibetur. 8. D. de Except. l. nemo ex his. 43. D. de Regul. Juris. c. nullus. eod. in 6. id quod ex defensionis æquitate promanat. (b) Contraria enim in jure allegans non est audiendus. l. scriptura. 14. C. de fide instrum. Menoch. libr. 2. præsumpt. 42. Covarruv. libr. 1. Var. Resolut. c. 2. n. 2. Pb. Matthæus ad d. l. 43. Roberus disp. 22. thes. 8. Adde Sichardum ad l. 19. C. de probat. n. 1. in f.*

De



XXIII.

De actione, quod introductum, ut triennio finiatur, ad  
exceptionem rectè quoque trahitur.

I. Eadem enim ratio in ijs, favore minuendarum litium. l. prope-  
randum. ii. ubi Dd. C. de judic. ne fiant immortales. c. finem litibus. de  
dol. & contumac. E. l. illud. 32. D. ad L. Aquil. l. à Titio. D. de Verb.  
Oblig. II. Reus in exceptionibus pro actore habetur. l. 2. D. de Except.  
III. t. t. Inst. de liter. Oblig. ubi exemplum in exceptione non numerat &  
pecunia. Walther. libr. 1. Miscell. c. 25. Diff. Dd. commun. in d. l. prope-  
randum. ii. C. de judic.

XXIV.

Maximè in dilatorijs, & ijs peremptorijs, quæ ante litem  
contestatam proponi solent.

I. Absurdum, plus tribuere preludijs alicujus rei, quàm causæ  
principali. ii. Accessorium sequitur naturam sui principalis. c. accessorium.  
de Regul. Juris in 6. E. III. Bonum publicum hanc ampliationem fla-  
gitat. l. si quis. §. utrum. D. ad SC. Syllan. Eberhard. in Topic. LL. in  
loco à ratione L. larga. n. 71. Gilkenius in d. l. properandum.  
ii. in pr. C. de judic. n. 14. ubi refert dissen-  
tientes magno numero n. 13.

F I N I S.





Has Quæstiones placuit adjungere Coro-  
nidis loco.

1. *An subditi tyrannò se opponere possint? Aff.*
2. *An tolerabilior sit regni status, in quo Consiliarij mali, Prin-  
ceps autem bonus; an verò contra, in quo Consiliarij boni,  
Princeps autem malus? Dist.*
3. *An melius sit, mortuos sepelire in urbe, vel extra urbem? Aff.  
poster.*
4. *An Consiliarius etiam debeat esse Orator? Aff.*
5. *An rectè venationes subditis prohibita? Aff.*
6. *An pœna furti capitalis? Aff.*
7. *An peregrini in Repub. ferendi? Aff.*
8. *An liceat adversus hostem stratagemata adhibere? Aff.*
9. *An vita solitaria commendanda? Neg.*
10. *An communitas uxorum & bonorum ad concordiam condu-  
cibilis? Neg.*
11. *An conversiones & interitus Rerum publ. quodammodò pro-  
spici ac præsciri possint? Aff.*
12. *Utrum nobilitas, an virtus in committendo magistratu spe-  
ctanda? Aff. post.*

Ad





*Ad Præstantissimum & Politissimum*  
**Dn. Respondentem, Amicum**  
& Fautorem.

**S**icut diverso versat sua rura labore,  
Agricola, ut posthac centupla lucra ferat:  
Sic sacris JURIS tu nunc operaris in agris,  
Ut quondam fructus colligere inde queas.  
Maeste tuis ausis, non spe frustrabere tantâ,  
Præmia namq; feres digna labore tuo.  
Et tibi præclaram tribuet victoria palmam,  
Andrea, & statuet digna tropæa Themis.

Christianus Kemberger / J. U. D.



**Ornatissimo Dn. RESPONDENTI, Fratri.**

**A**ctor ut accusat fons; sic reus excipit in fons,  
Et retinet partes excipiendo suas.  
Hinc venit, ut mentis sit magnus acumine, causam  
Qui vult actoris noscere, quive rei  
Materies hæc summa tibi, Jurisq; palastra  
Ardua (nec reliquum negligere) visa fuit.  
Visa (nec immerito) quia vimq; dolumq; repellit,  
Et iuris stricti monstrat habere modum.  
Ergo theoriam felix absolde, tuumq;  
Cœptum; materiam discutiendo tuam.  
Se comitemq; tibi tandem addet sedula praxis,  
Et studij multo fœnore messis erit.

Posuit

Otto Knorr frater.



99 A 6917

ULB Halle

3

002 546 884




*10*


VJ 17 Retro ✓











XXVII.  
Institutionum Juridicarum  
DISPUTATIO XIX.  
*De*  
**EXCEPTIONIBVS**  
ET REPLICATIO-  
NIBVS.

*Quam*  
Divinâ annuente Gratiâ  
SUB PRÆSIDIO  
*Clariss. & Consultissimi Viri,*  
DN. CHRISTIANI Krembergk/  
J. U. D.  
*Liberalis exercitij gratiâ discutiendam proponit*

ANDREAS Knorr  
Halensis Saxo.

*Ad diem 10. Junij.*

WITEBERGAE,  
Ex Typographéo AUGUSTI BORECK,  
M DC XX.